nicis, & aliis feſtiuis diebus pueros in ſingu
lis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiã
erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad
quos ſpectabit, doceri curabunt. Vide Panor.
ſup. dictum. cap. Quiſquis. nu. 1. vbi dicit
ꝙ etiam, tenet Parochus docere pueros, pri
ma literarum rudimenta. Pro hac re vide ea
quę dicuntur in Conc. Triden. Seſſ. 22. cap.
8. & Seſſ. 24. cap. 11. & Seſſ. 25. de Refor-
matione cap. 12. & Seſſ. 24. de Reformatio-
ne cap. 12. Vbi mãdatur quod iuret Curatus.
Et quod veniat ad Synodum, habetur in Seſſ.
24. cap. 2. in Seſſ. 7. cap. 4. Pręcipitur ne
plura habeat beneficia Curata aut alìàs incõ
patibilia. Tandem includitur etiam in hoc
officio Parochi, quod continetur in quodam
Canone Gregorij. 7. Vbi dicitur, quod, Om
nis Chriſtianus procuret ad Miſſarum ſollẽ
nia aliquid Deo offerre, & ducere ad memo
riam, quod Deus per Moyſen dixit: Non ap
parebis inconſpectu meo vacuus. De quo a-
gunt Panormitanus in cap. Suam, de Symo-
nia, & Soto de Iuſti. & Iu. q. 3. art. 1.

¶ Ecce quę tenetur Parochus adminiſtrare
Parochianis ſuis tam ratione Officij ſui, quã
iuris Canonici. Et quia iſta tenetur exhibere